



AD VIRVM

Quà virtutem, quà doctrinam,
maximè conspicuum,

D N.

SIGISMUNDUM
THEOPHILUM RICHIVM,
Confiliarium Brandeburg,

THEOPHILI, V. AMPLISS. ET CL. CON-
SILIARII ARCHIPALATINI, F. VNICYM:

Matrimonio sibi jungentem,

LECTISSIMAM VIRGINEM

ANNAM MARIAM:

CLARISS. ET CONSVLTISS: QVONDAM
VIRI, IOH. HOLBECCII, I. C. ET PRÆTO-
RIS IN IMPERIALI RATISBONA:

Relictam Filiam:


POEMATIA QUÆDAM
CHRISTOPHORI DONAVERI
RATISBON: P. L. C.



Ambergæ

ANNO M. DC. IV.





AMPLISS. DOCTISS.
DN. THEOPHILO RICHIO, CON-
SILIARIO ARCHIPALATINO P.

ET

SIGISMUNDO-THEOPHILO RI-
CHIO F. CONSILIARIO BRANDEB.

*Domini & Fautoribus meis
observandis S.*



I in amabili Candoris vestri sinu pagellas has nostras delitescere, & ab aliorum oculis procul haberi posse, putarem, præfato nil opus foret. Verùm ita vester in me adfectus est, ut si quid à mea tēuitate vobis sacrū fertur, continuò commune fiat pluribus; Quem quidem adfectum, ut amoris in me vestri argumentum evidens, uti prorsus improbare non ausim; ita super eove-recundiæ meæ non possum non indulgere. Hinc est, quod præter mo-rem poëmata nostra ἀνευ προσώπου ad vos ire passus non sum. Etenim mihi semel id liquet, non fore peregrinantium tam malè cultorum carminum aliam conditionem, quàm quæ hospitem esse solet; qui ut fortasse non ab omnibus excluduntur, non tamen uno eodémque modo ubique accipiuntur: nisi quòd scriptorum ejuscemodi aliquan- tò etiam acerbior conditio est: ut quæ facillè quidem recipiuntur, quòd nova sint, quòd erubescere nesciant, quòd denique sine sumtu habean- tur: verùm ubi non cujusvis palato statim sapiunt, muta sine sub- sidiario interprete, majori ignominia rejiciuntur & proculcantur. Tametsi verò his meis prærogativam ex patrociniò vestro singularem fore, ut mihi cavillationum securo in utrâvis aurem stertere, sit in- tegrum, non dubito: neque item quidquam scævi à convivis vestris Nuptialibus, splendidissimis, humanissimis, æquissimis metuo:

tam liquidam tamen felicitatem meis pagellis polliceri non possum, quin semper raris circumspiciasque esse jubeam, unde se Momorum aut Creti-Criticorum emissicii oculi, aut vulturia odorandi vis inferre possit, quorum libidinem nulla declinet modestia, nulla pudefaciat operis recitudo. Propter hos ergo de poematis meis pauca, sed velut in transcurso, dicenda omnino mihi sunt. Primum ALCACUM est, (præmissum jocularè Chotiambicum prætermitto) pro quo aliud nihil habeo præoccupare, quam ut apparet plus veri adfectus mei, quam ingenii, quam artis, ostendere. atqui in hoc tantum scriptum est. Amoribus tuis cetera, SIGISMUNDE-THEOPHILE, dicata sunt. Ex quibus primum Hyporchema. carminum operosissimum judicatum Aquilæ in nubibus acerrimo Scaligero P. Sanè verè. & fatebitur qui fecerit periculum. Proinde nisi me fallit animus, majori operâ plarisque lectoribus censendi constabit lubido, quam nobis pangendi. Apud cordatos & eruditos ejusmodi experimini prolixa solet esse & venia & gratia. apud literatum vulgus non modò istorum nihil, sed benè dicas tecum actum, si absque sannis & sibilo prodideris. Ecce autem his remedium præsens: periculum imitationis. ANACREONTI ET EPIGRAMMATIIS sperarem gratiæ amplius nisi mihi severiorum caperate frontes reformidandæ venirent, queis idem tadem aspersa Romana urbanitas splendidam videtur motura bilem: his si me audire non dedignantur, submissè hoc ingero: quidquid id inibi peccati est, non tam pudoris professionisve oblivione, quam antiquæ venustatis & (quam fas sectari poetam) Latinitatis admitti. Si adhuc capita indignabundi quassant & stomachari pergunt, gaudeant quâ volunt versuum sanctimoniam, si non rem malunt quam nugas verborum. Qualia qualia verò hæc sint singula, mi Amplissime, Ornatisime, si vobis saltem non sordent, rem factam, & unde metum procaciorum sciolorum Momorumque petulantiam, facillè tolerem, habeo. V. V. Parens Clarissime, Fili doctissime, & ob novum Amarillidis amorem, veterem nostrine pone. Ratisb. XI. April. qui erat Eustorgii. Anno M. DC. I V.

Vester meritissimo:

DONA VERUS.

THE



THEMIDI BATAVÆ
ANN-MARIA HOLBECCIA,
INDIGNABUNDAM
S. N.

HEus morosa THEMIS, nota bilancibus,
Iracunda, inbians, teretica, pervigil,
Qua lentâ in BATAVIS compede amabilem.

SIG-MUNDUM, os roseum mi istud & aureum.

Detentas, & haventi ANN-MARIÆ invidet:

Edico tibi, ni miseris illico?

Abs te mox tenerum ni que fuges procum?

Exhinc ut loce is Corpora pulvis

JURE VTROQUE, suis, nempe PERITIOR?

Quem vibrat gladium dextra minax, tibi

Extorquedo Vtrago Adriâ AMARIOR,

Impingâmq; tua, ceu trucem acinacem,

Cervici! excidit hem? quod PATIENTIA

SÆPE ET LÆSA ITERUM FIT FUROR IMPOTENS?

Quin reddis mihi? quin pectora mitigas?

Debes: sic THEMIS es, cuique SUUM ferens:

Amplexui enge meo sistit THEOPHILUM:

Te sic in reduci diligo perpetim.

Mater dia, THEMIS, justa bilancibus

Exorabilis, ô cūiq; SUUM lubens.

PRÆSES qua tribuis maxima! Plaudimus.



SIGISMUNDO-THEOPHILO
RICHIO, LUGDUNO BA-
TAVORUM
REDUCI,

A PARENTIBVS CHARISSIMIS,
SPERATA DYLICISSIMA, CVM
gaudio recepto:

SACRUM.

RESUME gratum Musa age barbiton^d
RICHIO penates læticiã fremunt,
Orã receptus nam BATAVA
Qui columen Iarium & corolla;
In quo stat UNO cura pii PATRIS,
Charãq; MATRIS delictum & fides,
Flammans cupido Turturillã
ANN-MARIÆ, morã amore anhelã.
Sic est, acerbis mellea temperant,
Acerba contrã, NUMINA, melleis:
Serunt dolores, queis queri fas,
Gaudia messis AMANTIUM fert.
HOLLANDIORUM littore te procum
Maligna paucis passibus à nece
Febris tenebat, tostum ab acri
Igne medullivorã favillã.

Singul.

Singultiebas tu uida **PAREN**s genis,
 Mæsto premebas pectore vulnera
 PATER! Nurusne edocta, questu
 Atria, inops animi, repletet.
 At vibiam vara ut sequitur malis,
 Concussum acerbo pectora nuncio
 Climacter inuasit Tyrannus
 Æde **CAPUT**, minitata Clotho est.
 Disjuncta vasti tot spatii soli
NATI PARENTIS QUE anxia corcula,
 Hunc Bojia, Terra illum Batava
 Sustinet ægrè animam trahentem.
JOVÆ supinas **NO**s ferimus manûs,
 Ferventiori votâque spiritu
 Concepta olympum missitamus,
 Par juvet hoc **JOVA** sospitator.
 Lethum superbo ne pede proterat
NATUM PATREMVE, at gaudia postmodum
 Sint contuendo destinata
 Æthere, **UTRIQUE**, prece expiato.
 Non cassâ Cælo vota fidelium,
 Admovit aurem **JOVA** precamini,
 Retractum **UTRUMQUE** fauce Mortis
 Luce frui dat amænâ, & aurâ.
 Soteriorum hinc gaudet adorea,
 Hinc labiorum porricit hostiam

Bojum & Batayum Clima, grates
 Propitio J E H O V A refundens,
 Qui corripis, non perdis & abjicis,
 Quandóque mergens, sed retrahens nece,
 De sospitato U T R O Q U E par sit
 Gloria honósq; tibi J E H O V A
 T I B I salutem quisque suam ferat,
 Laudi impetratam confecret & tua
 N A T U S, P A R E N S, ævum omne fancto
 Gratum operentur opus J E H O V A
 P R O D I T E, & aris sistite vos sacris
 Jò Turturum par, ANN-MARLE & redux
 S I G M U N D E mactus fanitate,
 Par thalami sociale fausti
 Jò: præstò Ver est; parturiens meros
 Ver dulce amores! cernitis Ullmus ut
 Vitem maritus stringat, ipsam
 Vitis amicaprehendat Ullmum.
 Natura poscit par sociarier
 Pari suëtis ignibus alitum,
 Et turturillam turtur ardet
 Aëre, frunde, comelq; ad undas
 Passer veges cum passere pipilat,
 Quæritq; nidos verna Ciconia,
 In compitis trinfatq; in æde
 Compare cum volitans hirundo.

Quin convenitis vos pariles quoq; ?
 Verenda S O C R U S cernitis ut torum
 Constrarit Ostro purpurantem,
 Messum Arabum & redolentem Amomum.
 Jubemini ambo, scandite, scandite,
 Fructusq; amoris carpite mutui,
 Non audiat lectus querelam
 Vester, Erisq; facessat isthòc.
 J E H O V A custos gnave fidelium,
 Committimus Par hoc fidei tuæ,
 Infausta verrunca, atq; noxas
 Pectora quæ cruciant, repelle.
 Toro pudico pignora procreent,
 Augmenta stirpis læta parentium,
 Onusta fac uvis quotannis
 Vitis amæna sit hæc ab Ulmo.
 Te canus ævum J O V A parens R I C H U S,
 Te prædicabit C O S T A timens tui.
 B R I G I T T A, matronale scitum
 Pol diadema jubarq; R I C H I.
 Hymnos sacrabunt perpetuos, J O V A,
 S I G M U N D U S, alma ac A N N - M A R T E, tibi:
 Gratum resumet sæpe plectrum
 D A N U B I A N U S amans Camænæ.



A D
SPONSUM ORNATISSIMUM
HYPORCHEMA.

AGE digite celer, age celerem adige calammum.
Ad aqilia metra. cita venus ades. &
Pariter Amor alacris. age cita famula quoq;
Marigena, obi onera gravia mihi nimis
Bona Charis, habili acue strepera melea sono.
Opus habeo canere lepidulum oculis—
—simo epithalamion homini, anima mea medium.
Quem habuit, etiam habet, & adeo sui habe—
—bit. igitur agite modo. digite, calame, Venus,
Tenericute puer Amor, hilara Charis.
Canite, facite, date, Bromia Cyberia mele
Gamica melifona, fide, pede, numero.
Vri decet. homini adyia sacra bis ipite jugo
Qui adeo colere; bibere luti em aquula
Clarica, ca abluere labia rosea; faviloqua
Iterum & iterum, avidius aliud uti.
Nihil haveat, habuit. id agite. sua sibi ne
Merita merito ita temere perierint.
Etiam anime mi es hilaris. age salia juvenum
Satyrice cito tripudia quate cohors.
Soror ibi propè Jovis es age tonitruu crepi
Pharetrigera, tenebrifuga queq; soror
Pueri-peria qua ope, pia, facilia ferens,
Liga, facite, thalami puerata bona sit.
Neque secus age focicola Genie, familia
Stabile columen, age, Lare comite, ades
Bonà. abigite maleficia. benefica manus AN—
—T I I herà aperiatur. ea locuplete penus

*Beet, opibus ea cumulet opiparè. ager, opi—
 —ma stabula, liciti & iidem opera tori
 Sterile nihil habeat. id age Genie, socio
 Grege Larum: at etiam aliud erit opera
 Tibi Juce, tibi Entrapele, tibiq; Volupia,
 Joca serite lepida agite toro alacreis,
 Cuimodi darèque capereque volup' hominibus,
 Legere bene-olida thyma favificio,
 Cuimodi quot & in Hyblà apicula Cecropia amat.
 Trivisa at ubi nitida modo polo ierit,
 Voveo opera sine operibus uti vacua ne eat,
 Ita meritis es anime mi & oculo. H A V E !*



A N A C R E O N

G A M I C U S.

I:

HA M E R C U R I superne
Caduceator, atque
Acherunticæ catervæ
Prædestinator, adsis.

Hà da te mî: viàmque
Zephyris vora secundis
Notam tibi, Herculi que
Theseòque, Thraciòque
Vati, Iliòque Patri,
Fatum quibus pepercit
Adamantinum, dedit que
Revisitare lucem.

I Mercuri, I quadrigis
Volens volans, citatum
Grandire perge gressum,
Sic nullam cursitantis
Retursa cote testa
Pedis imperum moretur.

Compendi fac rogare,
Ecquid tibi negoti
Quæ res opùve natum
Istheic, citò Poctâ est
Opus, optimo poëtâ,
Venusto & eleganti,
Lepidòque, scitulòque,
Et expedito, ut unus

Quid.

Quidquid facetiarum est;
Et quidquid Atticismi
Et quidquid est Amorum
Quidquidve Gratiarum,
Sciat, unus ut fatis sit
Oculissimis jugalem
Torum beare S P O N S I S.

Nostin' quis ille? crine
Imitans ut ore cyncnos,
Senecta sera mento,
Juventa prima mente
Residet, rubetq; vultus
Venere ebrius, rosamq;
Referentibus labellis
Sorbillat usq; & usq;
Meraca, nec marinæ
Supposita fraudulenter
Dona algida Amphitrites
Securus extimescit.
Jam nosti, opinor. atqui
Quò vel magis, cutatimq;
Ut inquirunt, habebis
Notum: nec ille curat
Epicà cière Martem
Tubâ, nec in theatro
Satagente sive focco,
Seu tristibus cothurnis
Animos ferire vulgi,
Risûve lacrumisve,
Sed delicatus aureâ
Chely aureos amores,
Laudes, meri, rosæq;
Florumq; amœniorum

Recentat, à madulſâ
Roransq; , virginâli
Triumphat in corollâ.

Istum ergò mi Poëtam
Lautum probè & perunctum
Reduce, ſiſte vinis.

Factum bonum. Eia bellè,
Mi Mercuri, ut mihi ipſum
Ipfiffimum experitum
Producis. Euge, bellum
Lepidumq; homuncionem;
Quo dum carebit Orcus,
Orcum magis putabo.
Ut ſubſilit procaci
Lascivuloq; rythmo ?
Bene oppidò eſt alacris
Mihi ſubrogatus ille.

Vegetum Senem mihi eia
Anacreonta blandum
Advortite excitatum
Acherunte, nunc citantem
Genialibus rotundos
Connubii lepores.



A N A C R E O N

II.

HAve beate splendor,
Anime orbis, atq; ocelle
Superum dies! have lux,
Quam ferreo tenebra
Phlegethontica veterno,
Percuntibus tot avis,
Mifero mihi abstulerunt.
Vi dulce te frusci!

Salvete discolors

Sylva, Smaragdiniq;e
Vos cespites, mea olim
Fortuna, abunde odora
Rosa corolla, & ostrum
Viola, virens marini
Frus ritè carpta roris.

O molliter supini

Colles. Jovi patrono
Qui panditis feracem
Sinum. unde dia vitis
Tumidis micans racemis
Celeste nectar, alnum
Nepenthes, affluenter
Et Cacuba & Falerna
Perennis administrat,
Salvete! Mundo id, id
Redivivus hospes adsum.
Desueta, missa dudum
Mele redintegrasso
Emunctulis Nariscis,
Argutulisq; Bojis.

Converminis, politis
Pol, Noricisq; at ore
Incomtulo Advenarum.
Addo ore clarissimo,
Adeoq; commodato.
Ne nausectis, asper
Pro Graculo tenello
Levique, si remigrem
ANACREON Latinus.

Nunc quod venire jussit
Huc me nepos Atlantis,
Id expedire certum est.

At hem, quod est negoti
Caput, prius bibendum est.
Nouvelle mi Marite

SIGEMUNDE nate RICHON,
Ventreosa ubi vetusto
Lagena cum Falerno,
Ab usque missitavit

RHENO quod ARABACCHIS
Funde assatim ac refunde,
Nil aridum equè, inersque
ANACREONTE sicco.

Jam mi salit cor intus.

Animus calefcit. Eia
Flos omnium liquorum,
Anima aurea inventa.
Vita medulla, tristis
Fati medela, cura
Mors pectus excedentis,
Opes egeni, Amorum
Magister, Eusophorum
Acredo, mens Poeta,
Senecta habena, calcar
Foci & Lubentiarum:
Vi sanguinem mihi omnem,
Concalfacis, noviq;

Mca

Med' entheum calore
Rapis, incitas ferisq̄!
Ita esto : liberalis
Hauſtu beatus aura,
Quam dulcet e' profundo
Anima osculans recessu,
Exastuet novellus
Nuptâ vir integellâ
 SIGEMUNDUS à MARIÏLA?



III.

FUNDE vina, mox refunde
 P R O M E, quisquis es, capaci
 Cæcubum nigrans diotâ.
 Quò madentior poëta,
 Sed mero, hoc faventiori
 Profluit metrum Camenâ.
 Funde, S P O N S O mi, juventæ
 Floscule elegantioris,
 Floscule eruditioris:
 Hem cedò beate amator
 V I R G I N I S, simul Themistas,
 Ecqua tute maluissês,
 Ab Novensili coronâ,
 Abvé amabili Dionâ
 Præmia ? atq; tam venustam,
 Tàm pudicam, amabilemq;
 Tàm, quod instar esse monstri
 Sæculi hoc, ferunt fidelem.
 Quid proinde, quid morare
 Utier faventibus D I S ?
 Quin maritus acer ingens
 Occupas bonum potiri ?
 Occupa, eia, vindicaq;
 Ejus omne jus tibi uni.

Ecce quot tibi tenebræ

Gaudia, heu negata multis,

Auspiciantur ingruentes?

Solve, solve, si qua dudum

Fortè mutuata debes:

Mala, palmulas nucésve.

Non tenella ad ora mensæ

Quæ requirerent secundæ.

Scin quid innuam? I. paratæ

Ne moram struas maritæ,

Fac novum ciere Martem

Concitata sæpe signa,

Dede te Thalassioni

Et nuces memento Ephēbis

Spargere. Eccui rei, scin?

Jam sat est nimis scientem

Commonere, nec negantem.

Te toro procura, at ipse

Me mero. Evie ohe, ió, ió.

Funde vina, mox refunde

PRO ME, quisquis es, capaci

Cæcubum nigrans diotâ.



IV.

EHO, MARILLA, dextrè

Ominati & auspiciati

Pars secunda connubi

Agedum MARILLA prodi,

Jam pudoris est abundè

Profer at corollulam;

Tibi, marita, nulli

Postmodò usus futuram,

Donum Anacreontium.

Quid hesitanter intus

Pronuba attines morantem

Appetente vesperâ?

Dudum

Dudum suos amores
Oppertitur usq³ duras
Sponsus execrans moras.

Quis cereos ministrat,
Fumeave luce tade
Spinesive³ torribus?

Eccam, MARILLA prodit,
Qualis alma Vesperugo
Anteambulonibus.

Tibi, Diana, stellis
Dux preit, nitetq³ primo
Inter astra lumine.

Benè est. MARILLA, tolle
Limen infidele supra
Candidum alius pedem.

Quid restitas subinde
Decolor novo pavore?
Quid times? fidem tuam!

Fidem tuam ô Dione,
Quàm tenella res puella est!
Quod cupit, tamen fugit.

Ceu febriciens propinquam
Frigidam horret, integratis
Vstulatus ignibus:

Ceu grex cucullionum
Fortè derepentè visum ab—
ominatur aureum:

At Virgini decorum hoc!
Vos caterva docta, Maireis,
Ista ferre ludicra,

Quàm blandulè potestis. IIIII
Subvenite palpitanti
Ad suapte gaudia.

Tandem attingit cubiculum
Jam sat. intus accubare
Nunciat feroculum.

Paranymphus, & morantem ad-
tendere auribus MARILLAM.
Nox adest, abit dies.

Auferte tempori, heus, heus,
Quos vana curarum
Intulit superfluos.

Vacet minister augur,
Igne non opus, nec unda est,
Annuloque ferreo.

Lucerna conjugalis
Pectora intima intus urat
Malo, quam ad torum ardeat.

Tum vela, flammamque
Pronuba amove, pudoris
Clara fax proluceat.

Mox cingula Herculanis
Arcta nodulis volentis
Solve dona Cinxia.

Munus para Marito
Nupta primum recepta,
Mutuum ille fors dabit.

Quid statis? ite matres:
Ecquid invidentia istud
Ecquid impudentia est?

Non istud elegantum
Par, sibi, juvenulorum, &
Tempori relinquere?

Nunc de suis triumphans
Molliter queretur, & mox
Gestiet molestis

SIGEMUNDUS: at MARILLA:

Mille suavia atque mille
Mox reposta congerens
Curas suas Hyblæo
Tinguet integrans favore,
Atque desinet queri.

SIGEMUNDE & ANN-MARILLA

Suscipite hæc nova deinceps
Vite uterq; formulam.

VALETE jam, valetis

Menepos Atlantia urget,
Vt mecum meis redux.

Voveo, sit, absolutos

Luna cum novem egit orbis

PAR redactum ad impares.


Valete jam exequendum est.

Millies valete. Fortunâ,

Evo, Amore, perpetes

SIGEMUNDE & ANN-MARILLA.





DE TEMPORE NUPTIALI,
S P O N S U S.

PHOEBI, vere novo, serenus ORTUS
Quem non lætificat? canora ad illum
Ales multa DEO fritinnit hymnum:
PORTU Navita solvit, inq; PORTUM
Adpellit pereger: frequentat HORTUM
Florum cultor, amans amænitis:
UNA ast, ANN-MARIE, hoc tepente VERE,
Quò adpellam, exiliam, colamq; gnavaus
ES PORTUS mihi, & ORTUS, HORTUS, UNA ES.





S P O N S A .

R E S P O N D E T .

Mitis, Vere novo, favonii flans
Flores prolicit AURA purpurantes:

F L O R U M g r a t u s O D O R c o m a n t e V E R E c s t ,

E m u n c t i s m e r a n a r e m e l l a F L O R E S :

R O R I S v e s t a l i q u o r e m a m a n a p o s c i t ,

R O R I S q u a n d o l i q u o r s o l u m o m n e p a s c i t :

O S I G M U N D E , m e d e l a , m e l q ; n o s t r u m ,

T u , T u , q u a r e c r e e r q ; , i n e b r i e r q ; ,

A U R A u n u s m i h i , F L O S , O D O R q u e , & e s R o s .



DE

DE DIE ET ANNO NUPTIARUM
S P O N S U S .

BIS DVo Dena ALBERTO LVX FVLgebat APRILI, &
LVX rosea Vna: tepens CaLfaCIS ANNA, LatVs.
Ipse tibi thalamo exin ero vegetabilis ignis,
ANN-MARIE, ipsa mihi tu quoque flamma fovens.
Ignea pectoribus vis cœli illabere nostris,
Simus ut igne tuo bina caro, una anima.

S P O N S A S P O N S O

De 2. Maii, dicatâ SIEGISMUNDO.

QVando, octavam post, lata illuxerit Eos,
Dulce jubar nostrum! lux ea sacra tibi.
Os roseum niveis stringam te ego manè lacertis,
SIGMUNDO hoc poscet fax oritura Duci.
Compede te gracili stat stringere, mittere non stat,
Nî cito quod debes more & amore tuas.

A D S P O N S U M.

PAREO ais SIGEMUNDE, & solvis in asperâ. jô, jô
Munificâ dempsti vincula lenta fide.
Vâh rigida exactrixq; , moræ impatiensq; pusillâ,
Zonæ exin fias, tu, voveo, impatiens!

A D S P O N S A M.

DE COINCIDENTE TUM PLENILUNIO

3. Maii, quæ est Invent. Crucis.

OMen habet votum, Phæbe aurea turgēt Olympo
Quâ sacra crux HELENÆ est luce reperta solo.
Sub CRUCE cresce FIDE, SPE, PROLE, MARILLA! IEHOVA est
Qui gratiâ, ac relevat.

F I D I T E,
&

I S F A C I T.

F I N I S.